

oculis meis objecta ipsa, que in speciem omni culpa vacant. Pater Segneri.

Quam tristis est status hominis impudici! Spiritus, corpus, omnia peccato mancipata sunt. Timet hic peccator ne ex hac emerget calamitate; claudit gratia omnes aditus cordis sui; nullus amplius in illud tibi patet accessus. Domine; nullam fore vides amplius viam ad ejus salutem. Trahet igitur impudicus, trahet usque in mortem turpes et tenas deferens visibilem damnationis characterem in hoc genere necessitatis, quam sibi iniecit permanendi in peccato; & fortasse tantum hoc malum debet quibusdam obtutus impudentibus, que inflammantur eam animi cupiditate, cuius mancipium est, & fatuus est vidua. P. Segneri in Meditationibus.

Ne putemus inanem fuisse scripturam præcautionem Sancti viri dicentis: *Peppi factus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine.* Obiectum licet per se innocens possit tamen fieri lapsus occasio. Hic agit, ut quisque salvet animam suam, ideoque ut abscindat quicquid peccare potest libendi occasione. Hoc præcipuum illud punctum est, in quo positum esse debet pædam, quod nobis vitæ vitæ eum oculis nostris; ad id redigendi sunt, ut nunquam sese figant in obiectum, quod nobis esse potest periculosum, quocumque illud aliunde sit. Sine hac generali exclusione pædam quodvis cum illis tutum non est: Sunt veluti oculi inimici, qui serius, oculus nostra abutentes imprudentia nos in summam adducunt perniciem. P. Segneri.

Timor, quo Job verebatur, ut a Deo fecederet si quid licentia oculis suis permisisset, ostendit, cui nosmet obijciamus periculo nisi super illos invigilaverimus eadem diligentia, qua ille utebatur. Alioquin dicebat ille: *Quam partem haberet in me Deus desuper?* Talis enim est periculi propinquitas. Cogitatio immediate sequitur oculorum factum, cogitationem oblectatio, consensus oblectationem. Hæc vulgata via est, qua periculosum graditur obiectum, cum per oculos ingreditur. Quam igitur partem haberet Deus cum homine, cuius anima, & corpus nequissimo victor in omnium polluta essent? Hujus Spiritus, cor, sensus peccato mancipati sunt: quid igitur in illo reliquum est, cuius Deus, qui totum possidere deberet, adhuc sit Dominus? *Quam partem haberet Deus?* Fanestissimus impunitatis effectus est totum hominem occupare. Tunc non satis est illi, ne non amplius ad Deum pertinere, timet, ut ad eum redeat; timet, ut gratia illuminet mentem suam, & moveat cor: timet effectum divinæ gratiæ sanctarumque lectionum; verba tanquam præneticis timet remedia omnia, que sibi salutem possunt afferre. Verebat Domine, S. Augustinus ait, ne sanatus in me hanc concupiscentiam; quam explore malebam, quam sanari. Ita anima impura obstruit omnem aditum gratiæ, que illam iterum conjungeret cum Deo; quapropter Sanctus Job dicebat: *Quam partem haberet in me Deus desuper?* P. Segneri.

Cæterum Job non loquitur de primis adspæctibus, qui sortuito incident, & quorum nobis non inest arbitrium; non poterat ille, non secus ac ipsi non possimus de his pædam inire cum oculis. Agitur de illis adspæctibus, qui habentur, scientibus, atque volentibus, & quos nobis integrum est prohibere. His nobismetipsi debemus interdite; sepe enim anima nostre salutem periculo subiciunt. Cum igitur fors nobis exhibet objecta hæc periculosa, non potest tam cito, quam opus est, oculos vestros avertere, ne illis tempus permittatis impressionem efficiendi in cor nostrum. P. Segneri in Meditationibus.

Varas requirendo voluptates impetus carnis sibi subijcit rationem, & inde accidit, ut Spiritus factus carnalis deinceps sensum cognitioni dumtaxat adheret, & ea tantum caret, que ipsum movet, & palpat. Loquere cum hoc de Deo, & rebus spiritualibus; loquere, id sub illius sensibus non cadit. Spiritus hic immerus est in corruptione carnis; non oblectatur, nec pascitur nisi carnalibus voluptatibus; & ecce hic spiritus notatus characterem, & imagine divinitatis ad brutum conditionem redactum, factumque spectaculum infame potestatis, & imperii, quod caro, & sensuum voluptates in rationem acquirunt: *Animales spiritum non habentes,* inquit Apostolus, & sicut scriptum est in Genesi, *Omnis caro corruperat viam suam.* Hinc accidit, ut quemadmodum diluvii tempore quod mundi sordes eluit, dictum fuit Deum pœnituisse, eo quod effluerat adeo pulchram creaturam, qualis est homo, quam videbat adeo corruptam, & coinquinatam:

Tactus dolore cordis intrinsecus: & consilium inlisse illius perdende: *Delebo hominem de terra;* statim nos finimus spiritum nostrum adeo fieri carnalem, nihil est, quod magis contristet Spiritum Sanctum, qui videns nos in hoc statu, cum ante salvos nos facere decrevisset, consilium capere perendi nos, quia videt omnes affectiones, omneque cogitationes nostras non aliud esse, quam carnem. P. Antonius de S. Martino a Porta.

Nullum peccatum est diligentius vitandum impudicitia; nullum est enim quod plures damnet. Hoc his argumentis probatur. 1. Nullum facilius committitur; sufficit assensus prave cogitationi datus, malum desiderium, ut fit mortale peccatum; adeo facile est in hac materia peccare. 2. Nullum est, quod corrigatur difficilius; experientia quippe constat nullo difficilius ex peccatoribus converti, quam eos qui obsecra hinc noxæ subiecti sunt. Qui semel sese hanc addidit, non sequitur amplius luminis rationis, vel gratiæ; lux tantum aulcat cupiditatis, & mox labitur in caecitatem, atque obdurationem; ita ut omnes veritates maxime terribiles Religionis nostræ nullam amplius vim habeant in spiritu peccatoris. Ad hæc etiam extrema pervenit de eadem dubitandi, ut omnes conscientie simul reterundant. Conatur sibi proluere, ea que de peccatorum Inferni æternitate dicuntur, hyperbolice dicta esse ad homines perterrendos. Quod si non statim ad hunc usque excessum proceditur, & aliquid adhuc boni sensus restat, qui efficiat, ut animæ nostræ statum deprecemur: lumen hoc perfundorium est, quod nullum producit effectum, nisi efficiendi ut hanc tanti momenti veritatem intelligamus: facilius esse cupiditatem illecebris resistere antequam fallacibus earum lenociniis capiamus, quam cum jam illas experti fuerimus; & difficultatem que reperitur in voluptatis illiis propulandis, ubi semel solum sumus decepti, multo majorem esse, quam antequam illa experierimus. *Minoris laboris est innotiam carnis voluptatem cavere, quam resistere jam cognitam.* 3. Hoc peccatum causæ est plurimarum Consequens in, & Communionum sacrilegarum. 4. Nullum peccatum est, quod Deus magis perhorretat; nullum quippe fuit, quod severius punierit. Ad peccatum hoc puniendum aquæ diluvii terram omnem inundavit; & ignis de celo demissus in quinque Civitates, eas cum omnibus civibus redegit in cineres. 5. Id quoque horrorem citere debet, quod voluptas inde percepta licet brevi exciderit momento, suppliciorum tamen æternitate erit puniendi, *Christiane considerationes.*

Quibusnam sceleribus exors est, qui semel laxavit habenas cupiditatis suis, cum impudicitia se addidit? Ut sibi satisficeret, nonne periculo obicit facienda jacturam non honoris tantum, ac quorum suarum, verum etiam valetudinis, & vitæ? Quot infidelitates, quot prodiones, quot cedes, quot facilegria funesta hæc cupiditas quotidie parit? & potest aliquis pati se trahi desiderii cordis sui, ac transilire cancellos pudoris, & honestatis; quin simul nuntium mittat prohibiti, justitiæ, innocentie, quin contemnat legem Dei, ipsamque naturæ vocem, qui licet corrupta, nequissimos homines impellit ad perquirendas tenebras inter infanos furores suos, & ad occultanda toti mundo, ac sibimetipsis, si fieri possent, inordinatarum suarum affectionum flagitia? Profecto non immerito, usus nonnumquam generale impunitatis nomen omnibus tribuit cupiditatis, atque criminibus, quia infamis ista cupiditas ceteras post se trahit, & hoc pacto animam totam corrumpit. Atque ut vera dicam, nomen impunitatis aliquid majus significat, quam impudicitia; quia Dæmones, qui hujus obsecantias reisse non possunt, quippe qui corpore carent, adhuc tamen passim in Scripturis impuri spiritus appellatur. *Sermo quartus Academicæ anni 1677.*

Cura, qua mundanæ mulieres formæ speciem perficiunt, & conquisitis ornatis commendare conantur, Tertullianus ait, naturale est turpis voluptatis illicium; illicium inquam, & bonis, & malis æque periculolum. Bonis quidem quia ibi inventum obiectum, quod fugiunt; malis vero, quia non fugiunt obiectum, quod inveniunt; bonis propter difficultatem vincendi; malis vero propter voluptatem, qua victi fruuntur. Non audeo in mentem vestram revocare vim, quam habet aliquando adspæctus viri etiam aereis, & acu pedis induit vestibus in spiritu imbecillo, ac levi. Vereor, ut hic revocem imaginem motuum, quibus afficitur cor æque licentius ad aspectum quarundam fœminarum, que per scandala vestium suarum placere quarunt; factales causæ licentiarum, libidinum, icelerumque. Uique-

Rationes quibus probatur impudicitiam esse peccatum re plures, quam alia vitia.

Re delectat in impudicitia omnia sceleris constanti.

In impudicitia materia periculolum est adandum videre, & videtur. De eadem animatum.

Infix impudicitia datur.

Obiectum omni culpa vacuum esse potest lapsus occasio.

Impudicitia totum hominem mancipat peccato.

Advertendum impudicitia omnia sceleris constanti.

Spiritus sibi voluptates deditur fit profus carnalis.

Epist. 72.

Uisque procedet malum, si animatum fuerit mollibus, & voluptuosis moribus, qui sicut, immo etiam postulant, ut inflammetur cupiditas per eos obtutus, qui videntur de honesto, ac reverentia silentio congeri, vel libenter laudibus parum decantibus respondere; (tenem, laudatus Pater ait, oculi, qui videntur, & qui vident, eodem præter propter modo facti sunt, & sese invicem cupiunt. *Tales enim oculi vident virginem visam, quales habet virgo, que videri vult.*) Per faciem illi tam fisco, & longe noventem, quam jucundam, que sub siâ specie, sicam celat castitatem; per nuditates, que simul secum detegunt infidias, quæ alieno pudori neantur? Et sane si luxus indecoris hinc agendi rationibus alitur, quorum flagitiorum, infamiamque scelerum auctor non erit? *Pater la Resse Tomo 2.*

Spiritus Sanctus nobis exhibet impuritatem sub imagine meretricis impudentis; que figura ad unguem miseræ huic quodam cupiditati. Et sane, si propius viti hujus mores consideremus, nulla est ars, quam non ulupret, ut sese indiget in corda. Ne re adhuc integra statim avertat timidos, primum honestas esse videtur, officiositas, urbanitas, que subdole viam sibi facit in cor, cui non amplius integrum est vel evadere ex infidiis, que illi

parata fuerunt, vel non incidere in illas. Mihi videor, non melius posse cupiditatem hanc vobis describere, quam sub imagine nasse plicatorie. Introitus quidem latus, & facilis est; plicis facile ingreditur, ibique liber æque sibi videtur, ac si in aquis plenis innataret; sed quo magis rete plicibus repletur, eo magis fluens nodus introitus clauditur, ita ut multitudo se captivum videat, quin inde egradi valeat. Hoc ipsum accidit impudicitia. Vitium hoc sub blanda specie apparet; sexcente nos illic pertrahunt illecebra; cor nostrum suapte natura in illud fertur: objecta omnia simul conjurasse videntur, ut nos illic trahant; sed ubi semel in hunc labyrinthum incidimus, vix fieri potest, ut inde egediamur. Hoc mirum in modum S. Augustinus refert, ostendens gradus per quos in hanc voraginem labimur. Gradus hi facillimi sunt, laudatus Pater ait; de cogitatione descensus fit in desiderium, de desiderio in actum, ab actu in habitum, ab habitu ad necessitatem, a necessitate ad mortem. Ita mortalis invenit se tanquam sensim reptum ab hoc torrente furenti, quin possit unquam innatare; & honestate, pudorisque velamine fracto, non nisi impura cogitationes foverunt, & frequentia desideria brutalem hanc cupiditatem explendi. *Auctor recens.*

Impudicitia in Scripturis meretricis impudentis comparatur.

INDOLES, NATURA, TEMPERAMENTUM.

Indoles felix quoad salutem pertinet. Ingenium facile, & difficile. Bona, ac prava natura. Illa quidem excolenda, hæc autem corrigenda.

MONITUM.

Vix fortasse aliquis arbitrabitur de Indole, atque Natura Concionem ad animæ salutem proficuum haberi posse, quin hoc argumentum cum parvis permisceatur affectibus, quorum natura fons est, atque principium. Aliqui etiam existimabunt, saltem particularem cujuslibet indolem, ingeniumque esse affectum eidem prædominantem: sed quemcumque nexum hæc inter se videntur habere argumenta, ex his, que deinceps a nobis dicenda sunt, facile immotescet, hæc unum, & videm non esse; & sic in natura Philosophi aliquid inter hæc discrimen cognoverunt; in morum disciplina Concionatores satis copie repererunt, unde plures concinnare valent sermones. Hic autem admonere iusticiam, ingenium illud, quod a natura sortiti sumus, & cuius vi ad bonum, vel malum impellimur, & quod ideo bonum, pravumque naturam dicimus, semper vel excolendum esse, vel corrigendum, alterum quidem, ut Christianarum virtutum fiat instrumentum, alterum vero ut prohibeatur, ne nos in vitium trahat, & damnationis nostre sit causa.

Cæterum, quamquam hoc argumentum primo statim intuitu parum ad morum disciplinam conferre posse videatur, ipso in aliam præsertim abiturum sententiam, qui animo reputari uberem istum fructum, qui inde percipi possit, qui profecto tantus est, ut ille, cui e voto contigit, ut pravam indolem corrigat, bonam vero, quod luculentissimum est Dei munus, excolat, nullum non covare vitium, nullamque non exercere virtutem seculi labore valeat, atque hoc pacto ex natura, ingenioque suo optime instituto, excellentique plurimum utilitatis ad salutem consequendam acquirat.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti delineationes, & structura.

Nihil est, de quo frequentius accidat sermo in utramque partem, quam de natura, atque indole; sed nihil est, qui minus industriæ vires impendantur, quam pravo quidem ingenio corrigendo, cum in vitia pronum est, felici autem, ubi in bonum tendit, excolendo. De nullo verba fieri possunt, quin illius indoles, atque natura vel celebretur, vel corripatur, tamquam causa, & principium bonæ, pravæque vitæ rationis existendæ; & plerique eorum, qui de eadem verba faciunt, illam respiciunt vel tamquam malum, cui nulla prodest pharmaca valeant, vel tamquam bonum extra Ethicæ disciplinæ jactum, quippe quod unice Dei munus habeatur. Hinc tamen laborum suorum initium ducere debet morum fermandorum doctrina, ut naturam, si in malum vergit, regat, & corrigat, sin autem in bonum, excolat dirigatque. Quomobrem duplicem hanc propositionem assero, que Concionis argumentum erit, atque dicam.

Altera est, nullam adeo pravam esse naturam, nullum adeo feroc ingenium, adeoque virtuti oppositum, ex quo ad salutem plurimum percipi nequeat utilitatis. Altera, nullam esse adeo felicem, & ad virtutem pronam naturam, que non vitietur, & quamprimum corruptatur, nisi sancta educatione, bono exemplo, & singulari fide erga Dei gratias excolatur.

Pro parte priori. Frustra hominum plerique conantur vitiorum suorum causam in illud ingenium, quod a natura sortiti fuerunt, in coeli, sub quo in lucem editi sunt, temperiem, in astrorum, que nativitate suæ præferunt, influxus, in cibam, & in ea omnia conjicere, que aliquid conferre possunt ad pravam in ipsis cienda studia, ingenium morosum, atque difficile, ac temperamentum, quo tanta vi ad voluptates trahuntur. Quæcumque sit causa, earum prima ac princeps originalis peccato accepta referenda est: quemadmodum Deus, qui tales nos

ficit, quales fumus, & qui infinitam suam offendit sapientiam in admirabili hac ingeniorum varietate, non fecit ac in tot creaturarum multiplici varietate, quemadmodum, inquam, Deus valida nobis remedia suppeditavit contra studium hoc, quo in malum rapimus, nobisque affluenter gratias, & adminicula eidem resistendi elargitur, atque aliunde nobis libertatem tamquam propriam naturæ nostræ bonum concedit, ita si naturæ nostræ sequimur propensionem, si non aliam vivendi amplectimur regulam, quam ingenium ipsum furens, atque mobile, si corruptæ naturæ nostræ studiis nos trahi patimur, nobis tantum metipsis debemus irasci, qui unice infelicitatis nostræ sumus auctores. *Perditio sua Israel, in me tantummodo auxilium tuum.* 2. Quin de divina erga nos Providentia queratur, vel credamus, illam nobis minus benignam fuisse, quam illis, qui ex illius munere docite, & felix ingenium fortiter sunt, vel denique nobis persuadeamus, indolem nostram invidiam saluti nostræ obicem esse, illam potius spectare debemus, tamquam medium, quod nobis suppeditavit, ut finem nostrum, æternam videlicet felicitatem, consequeremur. Etenim quemadmodum voluit Deus in omnibus hominibus miseriam hanc relinquere concupiscentiam, quæ in vitium nos rapit, ut iugis esset virtutis nostræ exercitatio, atque ut vi facta Cœlum nobis tribuit naturam, & vehementer hoc studium in mala proclive, ut illud coercentes, corrigentes, & subigentes eodem ad salutem nostram assequendam uteremur. 3. Causa nostra hac in re aliorum plurimorum causæ præferenda videtur; si enim minori cum difficultate, ac labore virtutem adipiscuntur, & cœlum merentur, necnon si ad id pauciores obices inveniunt, nobis vicissim hoc bonum est, quod maxime heroicis virtutes exercere postsumus majores superando difficultates, & majorem sanctitatis lauream, fulgidiorumque coronam in Cœlo mereri, quod Sancto Paulo aliique plurimis accidisse non latet. 4. Neque ignavie nostræ quamdam veluti excusationem præterere decet formalem oppositionem insitam nobis contra eam, quæ virtus appellatur, vel longe alias, quam nostras requiritur ad virtutem hanc excolendam. Deus enim, qui sincere mortalium omnium salutem cupit, gratias suas, non sine mirabili supernaturalis Providentiæ in nostrum singulos consilio, nostro aptat ingenio. Vel si mavis, non defuit virtutes cuilibet naturæ, ingenioque pares, & accommodatæ; atque in hoc tota consistit ars, ut naturalibus nostris studiis ea tribuantur objecta, quæ eidem maxime congrua videantur. Tu, exempli gratia, ad voluptates traheris; quare voluptates veras, quæ in uno Deo repetuntur. Tu ardens ingenio es; hoc sancti zeli materia fiat: atque ita nulla indoles est, quæ ad virtutem flecti non possit &c.

Pars altera. Fatendum est, indolem bonam Dei munus esse, & si Theologis credimus, magnum Prædestinationis indicium. Pro bona autem indole intelligendus est spiritus docilis, ingenium suave, studia in bonum ultro tendentia; & plerumque videmus eos, quibus favit natura, ab ipsis utque incunabulis, primaque pueritia non obicura præbere indicia, & præfagia, unde facile conjicere est, quinam sint aliquando futuri, & quemam sint de illudem Providentiæ consilia. Verum affirmo, quæcumque sit egregia hujus naturæ felicitas, nisi excolatur, nisi summa fide gratiæ assistibus obsecundari, facilis corrumpi. 1. Indoles enim facilis, & omnibus, quæ sibi traduntur, impressionibus pervia, hæc ipsa de causa facilis flectitur in malum; si bonum illuc facilius, quam alio ingreditur, facilis inde, quam aliunde elabitur; speculum est, quod, quæcumque sibi exhibentur, objecta recipit; molles & flexibiles cera est ad quæcumque figuras recipiendas idonea; si obvium ipsi fiat malum, si in nefarias decidat manus, mala fiet; bona vero, si ipsi bonum occurrat. Bona, vel mala ejusdem fortuna pendet ab illis sodalitatibus, in quibus verlabitur, ab objectis, quæ illis sensibus accident, ab occasio-nibus, quæ illi offerentur; ideoque nihil non est metuendum. Quot hodie in inferis torquentur, quibus ingenium facile, atque suave viam ad deplorabilem hanc stravit calamitatem? Innumera sunt egregias doctes fides, atque ut aliis placerent in vitium se trahi passim sunt. 2. Quemadmodum felicia hæc ingenia naturalem habent bonitatem, illis vulgo satis est bonitas bene moralis, quæ parvo illis constat, quandoquidem suapte natura ad eandem

178

feruntur, hoc est quemadmodum ab hominibus honesti censentur, ac se ab illis abhorreere vitium cognoscunt, quæ hominibus dedecus afferunt, facile hæc ipsis sufficiunt, quin laborem veras, solidasque virtutes adepturi, quæ Sanctos, & Prædestinatos efficiunt. Hoc quotidiana docemur experientia; egregia hæc ingenia in eo omnem suam collocationem industriam, ut Deum simul & mundum conciliant, duobus dominis servant, & gratiæ bonis abutuntur, ut nimis naturæ suæ vitam conformet. 3. Bona hæc ingenia, cum pacata, ac festiva sint, laboris inimica, qui ad salutem operandam requiritur, vulgo tantummodo querunt commodam, foævemque, ideoque parum Christianam vitam traducere; & cum se a nequioribus sceleribus abhorreere sentiant, se salutis suæ certos putant, cum in majori eam per mole vivendi genus amittendi periculo versantur.

Pro Concisionis argumento ad probandum assumi potest, Christianæ Religionis perfectionem in duobus hinc officiis consistere.

Quorum primum est, proximi defectus, malamque indolem pati: Alter alterius onera portare, & ad al. 6. sic adimplebitur legem Christi.

Alterum, nostris defectus, & vitia corrigere; quod fieri nequit, nisi diligenter pravam naturam nostram corrigere studeamus, quæ illorum fons est.

1. Quocumque in statu, vel qualibet in societate vivamus, nunquam contenti erimus, nisi naturæ nostræ defectus corrigamus: sexcenta enim eveniunt, quæ pacem & requiem nostram perturbant. 2. Vicissim nemo unquam de nobis contentus erit; quia prava indoles nostra mortales omnes offendit.

3. Cum bonam fortiter sumus naturam, hanc tamquam peculiare Dei beneficium debemus respicere, Deoque gratias agere, illam summa cura ad majorem ipsius gloriam excolere, atque diligentissime cavere, ne pravis societatis, malique exemplis corrumpatur &c. 4. cum autem malam, atque in vitium pronam, maturato adlaborandum est, ut eam in bonam partem inflectamus; vincenda deinde, ac jugi mortificatione subigenda est: maxima invigilanda cura moribus, & actionibus nostris, nobismetipsis nunquam fidendum, & sæpe celeste auxilium implorandum.

Sermo tribus hinc propositionibus comprehenditur potest, quæ amplectentur quidquid in hoc argumento dici potest.

Prima. Quam maxime referre, naturam explorare suam; quoniam hæc scientia partem constituit cognitionis summississimæ, ut sciamus, quid ferre valeant, quidve recusent humeri, & ne eum vitæ statum amplectamur, quod saluti nostræ futurum sit perniciosum.

Alter. Maturato opus esse sibi inferre vim, ut id, ubi deficiamus, corrigamus.

Tertia. Summo studio excolendum esse, quidquid in ea bonum, & utile est.

1. Pessimus prætextus est defectus nostrus in indolenti, naturamque conficere; 2. optimus vero, & charitatis plenissimus aliorum defectus, & peccata illorum naturæ, potiusquam voluntati pravæ tribuere.

Serius animam debemus advertere pravæ naturæ corrigendæ, neque ipsam naturam sequi, cum ad virtutem prona non est.

1. Propter proximum; alioquin enim semper in periculo versamur ledende charitatis, ac nosmet toti mundo efficiendi intolerabiles. 2. Propter nos ipsos; nam præterquam quod hoc nobis constat inimicitias, atque conciliat eorum, cum quibus vivimus, odia; in periculum adducimus sexcenta patrandi, quorum futurum est ut nos deinde penitent. 3. Propter Deum, quem hoc pacto offendimus; indoles quippe, & natura nostra omnium ferme, quæ committimus, peccatorum causa est, & origo.

Naturam nostram considerare postsumus quatenus ad civilem societatem, ad Religionem, vitamque Christianam, & denique ad vitam privatam pertinet.

1. Quod ad urbanam vitam, atque societatem spectat, quantum conscientia patitur, nosmet aliorum ingenio accommodare debemus in iis, quæ honesta sunt, & in neutram partem inclinant; quæ quidem magna sapientia est, optimaque indolis argumentum. 2. Quoad Christianam vitam, ac Religionem, nobis persuasum esse debet, veram, perfe-

IX.
X.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.

amque christiani hominis mortificationem in hoc potissimum esse, ut nostram superent naturam, hujusque defectus corrigamus. 3. Quoad privatam vitam pacem, & mansuetudinem servare debemus, ferentes, ac diffimulantes pravum eorum ingenium, cum quibus vivendum est.

1. Naturam nostram ad virtutem formare non modicus labor est; hoc utilissimum studium, & difficillimus labor est. 2. A nobis pendet hoc assequi, & quid faciendum sit, ut illud assequamur.

1. Maximum bonum est naturam habere ad virtutem pronam. Qui hæc fortiter est, sine labore fit Sanctus; nullum ferme nanciscitur obicem quo prohibeatur; nullus habet affectus difficile superandos &c. 2. Periculosissimum tamen est, ubi de virtute agatur, suam sequi naturam. Nonnisi naturaliter agitur, & periculum est, ne in illusionem fiat lapsus &c.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, unde hauriri copia potest ad propostas Conclusionum structuras elaborandas.

Sancti Patres. S. Augustinus Augustinus, lib. 22. contra Faustulum. Moy. sis; atque Sancti Pauli exemplo docet, naturam nos viros ipsi vitii, quibus fuerunt obnoxii, vel quibus adhaeserunt, offendere, se maximis virtutibus pares esse; atque inde iudicium ferri posse de eorum natura.

Sanctus Ambrosius, lib. 1. Offic. cap. 4. quemlibet hortatur ut exploret, cuius rei aptum sit illud, quod a natura sortitus est, ingenium; ut iucundus, atque facilis status sui muneribus perficiatur.

Sanctus Prosper, lib. 2. de vocat. Gent. ostendit hominem suapte natura in malum potius, quam bonum esse proclivem.

Origenes, Homil. 2. in Cant. unumquemque hortatur ut suam scrutetur naturam, ut videat, utrum recta, nec ne sint ejus studia hæc miente, ut quæ mala sunt corrigat, quæ vero bona juxter excolat.

Cardinalis Bona, lib. de discret. spirit. cap. 12. agit de varietate studiorum, ac natura, quibus homines in malum potius, quam in bonum feruntur, deque rationibus ea cognoscendi.

P. Haineyge Tom. 1. de Ordine, Sermone 20. profusum habet Tractatum de inole, & quomodo regenda sit.

Idem, in Exercitiis quoque meditatione de quinta veritate hoc ipsum tractat.

Idem, in libro, qui inscribitur: La grand chemin, qui perit le monde, parte secunda, propositione secunda, puncto item secundo latius verba facit de indolis, naturæque nostræ consideratione.

P. Antonius a Sancto Martino a Porta, in libro, cui titulus, La Conduite de la Grâce, parte 3. Tractatu primo, ostendit nullam adeo felicem esse naturam, cui vita non sint bona, siquæ defectus.

P. Ludovicus Camaret libro, qui inscribitur, Le pur, & parfait Christianisme, obstaculo tertio ab ipsa natura sumpto silius pertractat, quidquid hæc in re dicit potest.

P. Guillard in libro Sententiarum, sententia quinta, in id contendendum ait, ut virtus naturæ suæ conformis comparetur.

Cambolas in Exemplari Vitæ Christianæ cap. 5. §. 2. ostendit bona, & prava plurimum studia, ut plurimum a Parentum exemplis proficisci.

P. Sennault in Homine Grimoso, Sermone 3. loquitur de pravis voluntatis studiis, quibus rapitur in malum.

P. Cordier in Sancta Familia Tomo 3. ostendit quomodo suspensus, siquæ natura cognovit utilis sit Patrifamilias ad domum, familiam, alioque regendos.

P. Heliodorus Capuccinus Sermone sexto de Conversatione loquitur de variis temperamentis, quæ ibi occurrunt.

P. Jacobus de Atrun Capuccinus in libro, cui titulus, La Conduite des Illustres, Parte 2. cap. 22. loquitur de natura microsa, querula, & quæ omnibus gestic adferant.

Liber, qui inscribitur, La Vie Croille, Tomo 2. parte 6. amplum habet tractatum, atque documentorum utilium referentium de indole, quatenus ad urbanam vitam pertinet; de qua re alibi passim in aliis duobus Tomis verba facit.

Houdry Bibl. Tom. II.

Libri Auctoresque

Auctor Sermonum in omnia Ethicæ Christianæ argumenta, in sermonibus particularibus. Tomo 4. pro Religiosis, ostendit, Religiosum ad hoc teneri, ut suam corrigat naturam.

Idem Tomo 1. Dominic. Serm. pro 3. Dom. Adventus, docet cognitionem hæc præsertim suam naturam indolemque respicere.

Qui de dominanti passione locuti sunt, eam cum natura, & indole confundunt, & de hac sub eo titulo verba faciunt.

PARAGRAPHUS III.

Loca, Exempla, & Applicationes Scripturarum huic Argumento.

Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Genes. 8.

Ipsæ cognovit signum nostrum. Plal. 102.

Pedes illorum ad malum currunt. Prov. 1.

Erudi filium tuum, ne desperes. Prov. 19.

Ubi non est scientia animæ, non est bonum. Ibid.

Dei testis hominem rectum. Eccl. 7.

Puer erat ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. Sap. 8.

Ne sequaris concupiscentiam cordis tui. Eccl. 5.

Fili tui sunt? erudi illos, & curva illos a periculis illorum. Eccl. 7.

Fili, in vita tua tenta animam tuam, & si fuerit nequam, non des illi postea: non enim omnia omnibus expedit, & non omni anime omne genus placet. Eccl. 37.

Sadoc puer egregie indolis. 1. Paralip. c. 12.

Abierunt post prævaricationem cordis sui. Jer. 9.

Si mutare possit Ethiope pelleri suam, aut pardus variatates suas, & vos poteritis bene facere, cum didicistis malum. Jerem. 13.

Ponite corda vestra super omnia veritas. Aggei 1.

Nescitis cuius spiritus estis. Luc. 9.

Genes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt. Ad Rom. 2.

Ex naturali exitus es clephas. & contra naturam insertus es in bonam oleam. Ad Rom. 11.

Uniquisq; tentatur a sua concupiscentia abstractus, & illicius. Jacobi c. 1.

Exempla ex Veteri, Novoque Testamento deponenda.

Bonam naturam in bonum pronam insigne munus esse Auctoris naturæ nulla re magis probatur, quam ex eo, quod ab ipsis mundi incunabulis, Deus illam quibusdam amplexibus suis elargitus est, atque ita illis præcavit indicia electionis, & prælationis ejus, quæ illos fuerat dignatus. Hoc ita in quidem in duobus primis fratribus Cais, & Abel innotuit. Prior ille quidem prava fuit indole, feroci, beneficiis, quibus a Deus fuerat cumulatus, ingratus, impia, & crudelis, quod satis probat ratio, qua usus est, five erga Deum, cui, nonnisi quod in grege desertorum erat, offerret, five erga Abel unicum fratrem suum; quem per insidiam, atque zelotypiam nefarie interfecit. Post adeo grave paratum scelus fere instar vitam traxit, fugitivus, & erro, mortalibus omnibus invisus, & sibi quoque intolerabilis. In Abel e contra quantum indolis suavitas? quinam pietatis sensus? quemam erga Deum gratitudo? quæ docilitas? quæ morum integritas? Sed virtus illius adeo egregiam naturam adjavit, atque perfecit, ut meritis fuerit esse Sanctorum omnium amplexibus, ac prima incarnati Verbi figura, & factitatis omnis exemplar, quemadmodum Cain reprobiorum omnium est primipilus eo, quod pravæ naturæ suæ fuerit obsecutus, quem corrigere in sua postum erat potestare.

Nunquam duo fratres ingenio, ac natura tantum inter se dissimiles extiterit, quam Jacob, & Esau. Eorum antipathia, atque studiorum oppositio ex ipso etiam matris utero apparuit, ubi locum conceptionis suæ in certaminis arenam convertent. Hoc exemplo Sanctus Augustinus explodit inanem Astrologiæ judicariæ scientiam; etenim eorum in fluxus aliorum, quæ geminorum fratrum naturaliter præferant, nequaquam simile ingenium, eandemque illius indolem præberunt. Ex hæc autem varietate inferendum est, Deum, qui tales nos facit, quales fumus, conformem nobis tribuisse naturam consilii, quæ de nobis in se, eaque studium, quæ muneribus, quibus nos destinavit, sunt accommodata. In hoc etiam sæpe præclara dedit indicia.

Conclusiones relescentes.

Exemplum Jacob, & Esau.

Exemplum Jacob, & Esau.

unde et praxnoci magnitudo potuit, ad quam nullus voluit evehere. Quid illi olim essent futuri ex optima illorum indole, atque nobilibus studiis, quæ ab ipsa usque pueritia in illis emittente, iudicatum fuit. Cupiebat Deus, ex Jacob effigere Sanctum Patriarcham, atque laboriose, & patienter vitam prototypum, ideoque lenè, & pacatam ei tribuit ingenium. Hoc ipsum largitus non est Eliau; non enim de hoc adeo sublimis inerat consilia; atque inde factum est, ut hi duo fratres longe diveriam vitæ rationem fuerint secuti.

Salomonis exemplum.

Quantumvis bonum, atque ad virtutem proclive sortiti simus ingenium, studium illud in malum, quod nobis originale peccatum relinquit, quamprimum bonam hanc idolem vitia, nisi sancta educatione excolatur, nisi Dei metus, virtutum, quæ status nostri sunt propriæ, cura, & tuenda innocentem, salutemque nostram operandi, ac denique gratia, & pæculare Dei patrocinium probeat ne corrumpatur. Hujus rei aperitissimum nobis suppeditat argumentum Salomon, ita ut præmittendum non sit. A Deo egregiam acceperat indolem, quemadmodum ipse testatur. *Puer eram ingeniosus, & fortissimè sum animam bonam.* Attamen licet a natura bonitate fuisset ornatus, atque divinitus insulam obtinisset sapientiam, in quo scelera lapsus est? Præsumptio, ingratitude, impudicitia, Divinis præceptis inobediencia, & quod magis mirum est, idololatria, quæ scelus omnium maxime execrabilis est, facile invenitur aditum in animam illius propter hanc ipsam naturæ felicitatem, atque ipse unus plura falsis naturæ delubra edificavit, ut pollicibus placeret suis, quam omnes simul perdidit Reges, qui post illum Iudæ Regnum obtulerunt. Denique Scriptura de Principis adeo sapientis, & qui adeo felix ingenium acceperat, exitu non incerto reliquit, ut adeo fuesse intelligeremus exemplo, optimam etiam indolem quamprimum corrumpi, nisi virtutum exercitatione excolatur.

Exemplum Mesele probat nullam ad p. xam esse naturam, quæ nequeat mutari.

Nullum est adeo pravum ingenium, quod corrigi nequeat, & licet ab infantia ea præferatur natura, quæ a virtute, atque a pietate abhorreret videri, semper respiciere possumus, & ad Deum converti; quod Regis Manasse nos docet exemplum. Hic Ezechiz filius erat, cui nondum vel duodecimum, vel decimumtertium ætatis annum succellit, & qui usque ad quintum supra quinquagesimum regnavit. Prava ejus natura, quam optimi parentis sedula educatio corrigere non poterat, sese prodidit statim ac solum obtinuit, atque intra septennium fide vitis omnibus ingurgitavit, quæ citra horrorem in Scripturis legi minime possunt. Mira sane oppositio morum, ingeniorumque inter parentem, & filium? Principes hic, postquam Jerosolymam sanguine, atque subditorum innocentium cæde fedavit, & a Deo derelictus in Assyriorum decedit manus, qui cænis onustum Babylonem in captivitatem abduxerunt, ubi in teiri carceris squalore confectus fuit. In miserimum hunc redactus statum, cum se collegit, agnoscentis Dei iustitiam, qua persequebatur, ad e jusdem confugit Misericordiam. Tanta hæc calamitas pravam illius domuit naturam. Regni iudicia, carceris tenebræ, manicæ, compedeque oculos illius aperuerunt, ut & supplicii sui gravitatem, & scelus suorum in deformitatem intueretur. Extremo confectus moreore Dominum deprecatus est, inquit Scriptura, emque tunc Dent suum confessus est. Gravissimo scelus suorum dolore actus ad penitentiam, veniam imploravit, neque precibus, lacrymicque pæperit, donec tandem voti compos factus fuit a Deo, qui peccatoris mortem non quaerens illum exaudivit, de carcere eduxit, ac suo regno restituit. Ille statim pro viribus malum, quod patretraverat, reparare studuit. *Abiit Deus altius & simulacrum de Domo Domini.* Delevit idola, quæ conspaverat, everit aras, quas edificaverat; reedificavit altare Domini, quod everterat, eique obtulit piacula, & holocausta. Præsertim vero qua edidit, qua exemplis ab idolorum cultu revocavit populum, quem suo perdidit scandalo. Vixit adhuc ultra quadragesima annos eadem fide, in Dei cultu, in penitentia, & virtutum exercitatione, atque ad mortem usque perseveravit. Cum solio redditus fuit, primum supra vigesimum nondum exceperat annum. Illius natura, ingenium, habitus, affectus, nondum erant ita immutati, ut in prima flagitia relabi non possent: abstinuit tamen. Cum jam detenuisset procella, atque hoc supplicio

2. Paral. 33.

repressa fuisset natura, ad vomitum reverti poterat, nisi aliqua re fuisset prohibitus; sed dicendum est, naturam a gratia superatam fuisse.

Hinc nequeunt ferri omnia, quæ in Scripturis invenitur seu bona, seu male indolis exempla. Totidem enim sunt, quot capita eorum, quos aliqui virtus commendavit, vel qui insigni alicui virtuti addidit fuerunt; etenim bona, & mala natura, bona, & mala studia nonnisi ex virtutibus, vitiiisque possunt dignosci; atque tam multiplex natura invenitur, quot sunt virtutes, & vitia, ad quæ natura nos trahit. Itaque hujusmodi occurrunt exempla in peculiaribus virtutibus, & vitis, de quibus in omnibus Operis hujus Titulis actum est. Suavis, atque ad beneficiendum pronæ indolis exempla in Sancto Patriarcha Joseph, Moyse, & David habemus; proditoris ingenium in Joab; ambitiosum, & crudelis in Abalon; ardens, ac zelo successi in E-lia, & sic cæterarum virtutum, vitiorumque omnium, quæ varios characteres efficiunt.

Quemadmodum Aeternum Verbum, ut Homo fieret, sibi met corpus efformare potuit, & corpus hoc perfectissimo animatum fuit spiritu, ambigendum non est, quinominus Deus hic Homo factus æquissimum habuerit temperamentum, ideoque perfectissimum indolem, ac talem, qualem aptam arbitrabatur illi consilio, quo cum hominibus versaturus erat, atque ad eorum salutem adlaboraturus. Secundum felicissimum hanc naturam efformare debemus nostram; quoniam ipsa nostrum exemplum est illius suavitatem, lenitatem, charitatem, cæteraque virtutes inest hominum plerique ab infantia specimen dederunt virtutis ejus, quam aliquando erant in luce prolaturi, iis actionibus, quæ naturam ad magnum aliquid efformatam ostendebant. Dei Filius præter ea signa, quæ in ipsa nativitate, sua celsitudinis præbuit, ostendit, quod ille factus erat aliquando pro universis hominibus, propter salutem quorum in terris versabatur, clanculum a consanguineorum cœtu dilapsus, ut se in Templum reciperet, ubi interrogans Doctores legis, eorumque respondens interrogationibus probavit, se ideo venisse ut populorum Doctor, & Magister esset, ut novam legem rogaret, atque vias salutis, quæ adhuc latebant, ostenderet.

Cum Deus simul quosdam cogessit Discipulos, ut plurimum piscatores in iudicium, affectionibus, & cogitationibus rudes, eos tamquam pater toleravit atque veluti Magister edocuit æ patientia, qua maxime tunc indigebat: spiritus enim eorum gravis, atque terrè inherens ad divina minime attollebatur. Eos tamen patiebatur Jesus Christus suaviter illos increpabat, atque tanta familiaritate, ac suavitate edocebat, perinde ac jam homines perfecti fuissent. Tamquam cum æqualibus se gerebat; illis actionum iustarum causas aperiebat, tamquam focis; illos veluti filios turbabat adversus eos, a quibus erant lapsi; sua illis consilia, atque altissima Regni sui Mytheria tamquam necessariis detegebat, quamvis hæc illi crassa quidem, ut ajunt, rudique materia intelligerent. Si quando palam obcurius loquebatur, atque parabolarum involuero suæ doctrinæ secreta celabat, hæc illis seorsim enucleabat; questionibus eorum, licet imperitissimis, respondere perinde ac rationis, & boni sensus, indefectè replebat. Quamquam eorum mores, dolentes, spiritus omnino essent divine Sapientiz oppositi, illorum tamen diffimulabat incipientiam, defectus celabat, imperitiam tolerabat, serabatur totum illius conversationis pondus, quæ illi incunda esse non poterat, nisi propter amorem, quo illos prosequeretur. Hoc magnum quidem esse debet nobis admirationis argumentum videre Aeternam Sapientiam apud rudes homines verba facere de iis, quæ maxime profunda sunt, ac tandiu laborare, ut illa coelestes veritates in pretio habendas, atque gustandas proponeret, cum momento hæc in eorum animam imprimere possent, quod mox præstitit illis mitens Spiritum Sanctum. Ita Apostoli deinceps meminisse non poterant Jesu Christi, quin amore inflammarentur, & suffunderentur confusione.

Mente repetere minime licet conversionem Magdalenæ, quam affabre nobis Evangelium describit, quin statim confiteamur, gratiam repente immutare posse naturam mundi voluptatibus penitus addictam, atque mancipatam. Mulier hæc in Evangelio peccatrix vocatur; atque legitimus Dei Filius ex anima potius, quam ex corpore illius septem dæmones eiecisse, hoc est, ex Sanctorum Patrum

De aliis exemplis, quæ citæ ingens naturam variatam possent adferri.

Salvatoris exemplum.

Patientia, qua ferro debemus pravam eorum, cum quibus vivimus, ingenium, Salvatoris exemplum.

sanctum, & omnino divinorum mutaverit.

sententia septem capitalis peccata, quibus erat obnoxia; ideoque habebat illa naturam in omnia ea vitia proclivem, quibus anima fe se potest per licentiam ingurgitare; quamquam omnium effectum ejus vehementissimus, & qui maxime dominabatur, esset ille, qui magis eum dedecorabat, amor videlicet inhonestus, & impudicus. Nihil non fovebat calamitosissimam hanc animi propensionem, ætas, forma, morum festivitas, ingenii hilaritas, mentis celeritas, libertas, opes, visitationes, conversationes, solatia, ita ut suis ipsius suarumque actionum dominam suam secuta esset natura, quæ se fe satis diurno habitu confirmaverat. Perfrictæ jam frontis erat, ut quæcumque sibi diceretur, & quotquot probris incompositi mores sui ipsa etiam audiente peteretur, minime erubesceret. Donec tandem Jesu Christi verbum, quod vel ex curiositate, vel forte auribus ejus accidit, Peccatrix hujus cor immutavit, & ex libidinosa, perditaque muliere Penitentem effecit, cujus cor ultra nonnisi sancto, penitusque divino amore flagravit. Non dicam quo pacto ad Jesu Christi pedes in Pharizæi domo provoluta fuerit, quin illam moveret hominum sermo, & iudicium, quod de hac actione coram tot testibus præcta poterat fieri. Animadverto solum subitam naturæ ipsius mutationem, quæ deinceps æ perhorruit, quæ antea ardentissimo amore fuerat profecta. Hæc eadem est Magdalenæ non ita priorem formæ suæ idololatra, atque omnibus voluptatibus dedita? Hæc eadem omnino persona est, fed natura profus diversa. Dei quippe gratia, & divinus amor admirabilem hanc peperit mutationem.

Neque minus admirabile est S. Pauli exemplum; hic lupus est in agnum conversus, quemadmodum quidam Sancti Patres loquuntur, & Persecutor Apostolus factus. Sacer Textus illum nobis exhibet ardentem ingenio, vel potius furibundum sanguinem dumtaxat, eademque anhelantem: *Spiritus cædis, ac minarum in discipulis.* Sed ad unicum Salvatoris vocem, qui adparens interrogat, cur ipsum persequeatur, statim domatur; iracundie ignis repente extinguitur; & si adhuc naturam suam servat, si æque ardens est; atque antea, ideo est ut tantum pro victoris, Magistrique sui gloria zelum testetur, quanta rabie actus illum fuerat persecutus, ut nomen ejus suffocaret sanguine eorum omnium, qui illum secuti fuerant, atque doctrinam ejus receperant. Eius natura sanctificata est, immutato dumtaxat objecto; & infensissimus Christiani nominis inimicus factus est Apostolorum ferventissimus: non indolem, non ingenium mutavit, fed in tanti Præceptoris scola didicit, quomodo illud in sanctiorem usum converteret.

Sanctorum Matthei, atque Zachæi exempla non minus liquido probant, peculiaris Dei gratia subdito indolem, atque naturam brevi posse mutari. Hi duo eundem erant characteris homines, Publicani, qui exercebant vestigalia. Quænam sit horum hominum indoles, probe notis, avari, negotiis suis inhaerentes, lucri cupidus, atque opibus tantum congerendis intenti. Hinc autem negligissimè cupiditatis hoc proprium inest, quod cum ætate crescit, & quo plura possidet, eo plura desiderat. Quodnam igitur miraculum est insignes hosce duos publicanos videre adeo repente naturam mutantes? alterum quidem talonium relinquentem, atque fœnoribus suis postremum vale dicentem, ut Jesum Christum secutus paupertatem amplecteretur, alterum vero statim ita liberalem factum, ut illico in arena dimidium bonorum suorum pauperibus erogaret, & si aliqua in re proximum fraudasset, illi quadruplum redderet. Nonne dicenda est gratia quodammodo naturam invertente, cum efficit, ut magistrum, consiliumque mutemus?

Hæc exempla dicenda non sunt gratiæ miracula, ideoque infrequentia; tot enim sunt, quot veri Christiani. Insignes peccatores omnes, qui sanctitatem adepti sunt, nonne omnes antiquos habitus suos exuerunt? Nonne vetus homo exuendus est, induendumque novus, ut sis vere fidelis? Et Dei Filius nonne ipse profiteretur, opus esse, eum, qui inter illius discipulos capit adnumerari; denuo renasci, ac vitam ducere prorsus novam? Quid isthæc innuunt? nisi amandum esse, quod erat in odio; ac in odio habendum, quod amabatur; alia prorsus habenda esse studia, novos habitus inchoandos, verbo, renascentem esse, immutatamque naturam. Hoc quidem caro naturæ stat pretio: verum hoc divina lavente gratia in nostra positum esse po-

Alia Sanctorum novæ legis exempla.

Quomodo S. Magdalenæ, quæ natura sua ad amorem erat profusa, mundanum amorem in

testate, ac solum Sancti Augustini exemplum, qui post tot contentiones, & prælia, quæ nobis ipse describit, tandem evasit, satis probat, nobis ipsi vim esse inferendam, cum pravam habemus naturam, videlicet in vitium, ac libinem pronam.

Applicationi quorundam Scripturæ locorum hinc Argumento.

Hæc omnia operatur unus, atque idem Spiritus divinus, singulis prout vult. Deis Spiritus magnus est, qui neque sterilis, neque finibus ullis circumscriptus est in muneribus suis, non secus ac in operibus. Ideo in gratia, non secus ac in natura non unam tantum rationem sequi tenetur; sed novit se naturæ, & ingenio, non secus ac statui, & conditioni unicuique accommodare; & quemadmodum unicuique tribuit varia corporis, animique talenta, quin duo inveniri queant adeo rebus in omnibus similia, ut nullum prehendi valeat discrimen, ita non solum naturæ, atque talenta divisit, sed illa singularum gratia, ingenioque ita accommodavit, ut Sancti omnes diversas habeant virtutes, diversaque merita, atque diversis gloriæ gradibus sint destinati. Ideo quemadmodum eruditus animadverit Interpres, Spiritus Sanctus in Evangelio comparatur æque ex fe nullam habenti formam sibi propriam, sed recipienti formam hydriarum, in quibus recipitur, & quibuscumque figuræ generibus sese conformantis. Ita hic Dei Spiritus fervidus est cum ferventibus, mitior cum iis, qui ingenio sunt moderato, ardens, ingenuusque cum iis, qui sunt zelo successi, ac multiplicem efficit virtutum eisdem speciem, & nominis varietatem pro varietate ingeniorum, quibus fe accommodat gratia: *Multi formis gratia Dei*, quemadmodum loquitur Sanctus Petrus.

Deis Spiritus sese variis ingenio accommodat.

Similitudo quatuor animalium . . . Uamquodque ante factum suum gradiebatur. Ezechiel. 1. Quæcumque sit hominum indoles, hac uti possunt ad supremum bonum, propter quod a Deo creati fuerunt, promerendum, atque indispensabile; quibus addere possunt, naturam hanc, quam unicuique recepit a Deo, esse etiam viam, quam illis aperuit Deus, ut illic perveniret: Quod invenire videntur quatuor illa animalia, quæ vidit Ezechiel, quorum primum hominis speciem gerebat, alterum leonis, tertium aquilæ, quartum denique bovis. Interpretes quidam scite animadverterunt, quatuor hæc animalia nobis exhibere humores quatuor, quæ varia efficiunt temperamta, & naturas, quæ magis cognitæ sunt. Quatuor hæc animalia sequentur vim spiritus, a quo attrahebatur, quin neque dextrorsum, neque laevorsum aberraret; ut ex hac mystica figura disceremus, licet nobis æque iracunda esset natura ac leoni, æque levis, & velox, ac æquilæ, æque lenta, ac bovi, æque tandem parum constans ac homini, qui cum ætate mutatur, si Divinus nos impellat spiritus, & gratia trahat, non recta processuros ad terminum, ad quem nobis est contendendum. Non estis sane ingenio magis vehementi, & acri, quam S. Paulus; magis rudi, crassoque, quam Apostoli, cum Dei Filios eos ad sui sequelam evocavit; magis in libidinem, & voluptates proclivi, quam Magdalena; magis terræ hujus bonis intento, quam Zachæus, atque Mattheus. Quid igitur prohibere vos poterit, ne vestra natura utamini illi sanctum tribuentem objectum, gratiæ sequentes illecebram, ac viam, quam vobis ostendit Dominus, vosmet ingenia naturæque vestræ se accommodatis?

1. Ter. 4. Quilibet natura sua ubi debet tamquam admodum ad extremum indispensabilem.

Ex naturali excisus oleastro. Et contra naturam insertus es in bonam olivam. Ad Roman. 11. Hæc admirabilis est similitudo, qua nos docet Apostolus quomodo naturam immutare possimus. Vide. S. Paulus ait, in oleastro, quid sis per naturam, quam receperis ab Adam: vide et contra ex oliva hæc, quæ in bonam olivam insita est, quid per Jesu Christi gratiam esse valeas. Es quidem sterilis arbor, natura aspera, nihil præter acrimoniam habens, & amaritudinem. Arbor ex fructibus suis cognoscitur; temetipsum satis ex actionibus tuis cognoscere potes; ne dicas tamen, naturam mutari non posse, neque obijci prava studia: *Ex naturali excisus es oleastro, Et contra naturam insertus es in bonam olivam.* Cur ergo bonos fructus non afferis? Nonne socius radicis, Et pinguedinis olive factus es? Numquid Jesu Christi gratia in te minus efficac erit, quam utilis arboris natura sylvestri trunco? Potest natura trunci hujus qualitates mutare; tuas vero immutare gratia non valeat? Oblivitus es, atque al-

Quomodo gratia cor nobis immutans efficit, ut naturam, ac studia mutemus.

tus divina hac pinguedine , pretiofoque fucco , cuius infinita virtus est , & ea vis , quae infinite efficacem efficit , nisi per feelus illum evanescere finiret .
Eam recipit , cuiusque cor tuum aperias , satis est . Illam agere finas , operationem ejus ne prohibeas ; sentiam in omnes animae facultates illabatur , eisque divinas suas qualitates communicabit , quae tuas omnino mutabit , non secus ac omnis acrimonia , naturalis amaritudo , ceteraque improbe oleastris qualitates per arboris infitiae succum evanescent .
Ut deservatur corpus peccati . Ad Rom . 6 . Corpus nostrum corpus est peccati , non solum enim in peccatum nos trahit per legem corporibus nostris dominantem , ut Apostolus loquitur , verum etiam quia perturbatio humorum , ex quibus coalescit , & quae diversa temperamenta constituunt , totidem sunt peccatorum origines , vel saltem tentationes ad peccatum propter varia studia , quae producunt in nobis . Quomodo autem hoc peccati corpus destrui potest , quandoquidem lege Dei prohibemur , ne mortaliter destruamus illud ; & si nosse cupis , quomodo hoc fieri possit , dicam ; imitando naturam , vim faciendo affectionibus nostris , quae omnes ferme tendunt in malum , nosque illic trahunt , cum nosmet rapti ingenio naturali corporis nostri ponderis ; quod ideo corpus peccati vocatur .

Quia molesto hinc ingenio , & natura in vitium prona saepe non audent conari , ut illam subigant , & nonnumquam se id asequi posse desperant . Similes sunt exploratores , qui missi fuerunt , ut terram , quam Deus Israelitis promiserat , inspicerent . Reverti coram universo populo ea , quae exploraverant , narrantur , dixeruntque se vidisse quidem terram praeter ceteris uberantem , verum simul quoque se vidisse urbes , quarum propugnacula in caelum usque attollebantur , & quantum incolae ad prodigium proceri erant magnitudine , ideoque se arbitrari , solum esse consilium regnum illud acquirendi . Haec eorum figura est , qui ut caelum accurrant , non audent vim facere inimicis illius aditum prohibentibus , qui sunt pravae eorum affectiones , natura aspera , violenta studia , & diuturno habitu roborata . Desperant se illud affecturos ; omnia sibi videntur ardua , difficilia , intolerabilia ; & ex difficultatibus , quae minime labore vincendae sunt , totidem sunt monstra , quibus deterrentur .

PARAGRAPHUS IV.

Loc. & Sententiae Sanctorum Patrum , hujus Argumenti .

Quidquid est peccatorum in dictis , in factis , & in cogitationibus , ex illa mala indole oritur . August. Serm. 5. de verb. Apoll.

Anima affectus omnium sunt virtutum & virtutum quasi quaedam principia , & communis materia . August. lib. de Spiritu & anima .

Non est unde concipiat concupiscentia , nisi de te . Idem , Hom. 40. ex 50.

Sat. off. ubi non consistit malis , quae sentimus in malis . Idem , lib. de Contin. cap. 2.

Cum nulla scientia melior sit illa , qua homo cognoscit seipsum , discutiamus cogitationes , locutiones , atque opera nostra . Idem , lib. de Spiritu , & anima , cap. 51.

Corruptel , quod in natura bonum est (mala indoles) . Idem , lib. 5. de Innoc.

Timore saltem frangitur , si amore non ducitur . Idem .

Quamvis virtutibus , fieri non potest , quotidie tamen minus potest , & vinci . Idem .

Attende tibi ipsi in examen teipsum advoca , quis ipse sit ; tuam ipsius naturam fac ut noveris . Basil. Homil. 3.

Nemo in vitio constitutus homo de seipso desperare coelit , band nescius agriculturam stirpium qualitates mutare . Idem , Hom. 5. in Hexam.

Saepe periculosum est quod agitur , & malum esse non creditur . Chrysostr. Hom. in Matth.

Velo animam primo omnium scire seipsam , quod id populus ratio utilitatis , & ordinis . Bernard. Serm. 36. in Cant.

Daemon illuc maxime nos impellit , quo se per seipsum inclinari percipit ; insperatam nostram ad arma nequitiae sua convertit . Ingenium morbo adversus nos utitur . Sanctus Cyrillus in Joan. lib. 6. cap. 16.

Passione interdum movemur , & zelum putamus . Thomas a Kempis .

Nobis ad laborandum est , ut naturalia studia nostra destruiamus , cum prava sint .

Innocentius natura sua corrigenda , vel demandat difficultates .

Non una eademque cunctis exhortatio convenit , quae nec cunctos par animorum qualitas adstringit . Greg. in Job. 38.

Spectandum est ad quae nos procliviores sumus ; quippe cum aliis ad alta natura propensum sint , id quod ex voluptate & dolore nobis evenit , percipimus , atque in contrarium nos abstrahimus . Arist. 2. Ethic. cap. ultimo .

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologiae fontibus ad hoc argumentum hauriri queat .

Natura in Physicis pro consuetudine temperamento desumitur ; ita aliquem biliosa esse dicimus natura , aliquem sanguinea , phlegmatica , melancholica &c. in Ethicis vero desumitur pro voluntatis propensione , & saepe etiam pro inclinatione . Quod si inclinatio hac fuerit naturalis , idem est ac pro pensio , sin autem acquisita , in habitum transit , & virtutem , aut vitium constituit , prout nos in bonum , vel malum impellit . Natura vero eo in sensu , in quo istic accipitur , & quatenus vitae nostrae disciplina corrigenda est , horum omnium quaedam est congeries . Haec proprie est pro pensio , vel naturalis , aut acquisita inclinatio voluntatis , quae principium habet sicut in temperamento humorum , ex quibus corpus nostrum coalescit , & quod qualitatum earumdem est particeps . Hinc vernacula lingua humor alicujus personae dici consuevit ; haec enim vox simul & naturae corporis temperamentum , & moralis inclinatio vocatur . Sed quia homines in vitae sua ratione ut plurimum sequuntur humorem , qui in ipsis predominatur , hinc dicimus vulgo alicujus humoris esse boni vel mali , videlicet indolis suavis , asperae , festivae , morosae , tristes , &c.

Quamvis ut plurimum non pauca dicantur , quae aeque indoli , & affectui conveniant , natura tamen , & affectus differunt inter se ; quod operum praetium est animadvertere , ut hoc in argumentum rite loquamur . Affectus est anima motus ad boni , vel mali alicujus aspectum cum aperta quadam corporis perturbatione ; quae modum est amor , desiderium , gaudium , spes , odium &c. Haec autem affectus , quicunque tandem esse sit , non est proprie indoles , sed inde fluit : indoles enim numquam se prodit nisi per aliquem horum affectuum , & ad aspectum eorum , quae tanquam bona , vel mala spectantur . Ita indoles in Ethicis idem est , ac in physicis natura ; quae modum enim natura tanquam physicarum actionum omnium principium habetur , indoles quoque locum habere debet principii affectuum omnium , omniumque actionum in Ethicis .

Particularis persona , quae differat ab aliis omnibus , quae ipsa non sunt , sicut quoque habet ingenium a reliquis diversum , & quod omnino particularia in eadem ciet studia ; quod efficit , ut aliis alia loquantur , ut hi affectus habeant magis tranquillos , alii vero magis violentos , alii majore polleant mentis vi , lumine , & acutissime , alii mentem habeant crassiores , lentiores , stupidioremque , alii festivi sint , hilares , omnibusque chari , alii vero tristes , morosi , intolerabiles pro temperamento ; ac humore , qui dominatur in ipsis . Illud etiam considerandum est juxta varias humorum horum immixtionem , quae nostrum constituit temperamentum , & prout majorem hujus , quam alteram copiam habemus , ingenio hominum non solum varia habere studia , sed varie etiam esse modificata , ut cum Philosophis loquar ; videlicet , inter eos qui eidem affectui sunt obnoxii , vel eidem inherant obiecto , alios aliter eidem inherere ; quod efficit , ut tot sint hominum ingenia , quot facies , quarum nulla alteri ad unguem similibis est , quod vocamus ingenium , indolem , spiritum , humorem , qui distinguit , & quodammodo caracterem consuevit constituit . Ad haec cum per intervalla in temperamento nostro aliqua fiat mutatio , haec in nostro quoque ingenio deprehenditur , quemadmodum docet experientia , nobis in adolescentia ea inesse studia , quae aetate proveciori non insunt , & quodam tempore nos rebus quibusdam affici , quae alio nihil nos movent . Hinc inferendum est , ad vitam , moremque nostrum referendos quam maxime referre , nosmetipsos cognoscere , ut sciamus , quo nostrum nos impellat ingenium .

Ut nosmet rite cognoscamus , & cognitionem hanc ad vitam nostram regimen referamus , sciendum est .

Quid sit indoles , & natura .

Indoles longe differt ab affectu .

Ingenium hominis , si consideratur tamquam persona particularis , a ceteris differt .

Quae a natura simplici sunt .

Duplex generatim est .

est , id , quod ingenium , vel dominans inclinatio in unoquoque vocatur , ad duo generatim redigi , hoc est ad bonum , malumque ingenium , ad indolem quae ad bonum , & eam quae ad malum impellit . Duplex haec ingenii , & eam quae species totum partitur hominem , atque offendunt , divinam bonitatem non omnia hominibus idem fuisse elargitam ; sed , quemadmodum mala tantum indoles virtuti adversatur , & obicem faluti nostrae constituit , & ut Sanctus Augustinus ait , corruptit quidquid bonum in natura nostra invenitur , ita haec una nobis oppugnanda est , & subigenda . Et enim quod ad bonum indolem spectat , quae in nobis constituit bonum , atque laudabilem voluntatem fugiendi malum , & bonum operandi , haec non solum impuganda non est , verum etiam diligentissime excollenda , tamquam arbor , quae egregios valet fructus ferre , atque exercenda , velut frugifer ager virtutum , quae illam perficiant exercitatione .

Constant est veritas nullam in hoc mundo esse adeo perfectam , egregiatque naturam , quae defectibus careat , & vicium nullam adeo flagitiosam esse , quae sua non habeat bona , & quae Dei operam ferente gratia quo nemini deest , non solum in bonam converti valet , verum etiam alia sit quibusdam virtutibus , quae ipsam decent , & quibus alii accommodatae non sunt . Deus enim , qui potentia sua omnes creavit homines , & sua sapientia disposuit , ut haec esset admirabilis ingeniorum varietas , bonitate sua voluit etiam , ut nemini deessent subfidia ad salutem suam operandam , & quaedam etiam particulares ad id dispositiones , quae in aliis minime inveniantur . Ingenia tenera , & ad amorem prona ad pietatem inclinant , facile divina inflammanur charitate , se grata praebent beneficiis , quibus divina bonitas ea cumulavit , & in meditatione passionum Domini per dolorem contabescunt ; sed quam aegre se a noxio amore tuentur , qui facile eorum potitur animis , nisi sibi met caveant , & nisi ab iis abstat obiectis , quos illos seducere , & corrumpere possunt . Ignem naturae facile ingentem zelum concipiunt , & magna pro Dei gloria conantur ; at nihilne ipsis ab hoc naturae super impetu metendum est ? quam vim , ac impotentiam illis suadebit , quae mala parere non consuevit ? Hoc ipsum de omni naturae varietate dicendum est , quod habet communem cum affectibus omnibus , qui illinc oriuntur : in utraque partem eadem uti possumus . Hoc persuasum esse debet , singulis aliquid inesse boni , quod inservire virtutibus potest , quae illis conveniunt . Amor charitatis prodest , ita zelo , tristitia poenitentiae , & sic de ceteris .

Quantumvis improba sit natura , gratis non solum illam potest immutare , verum potest etiam in se ipsam studium , ad quae haec ipsa natura nos trahit , ad egregiarum quarundam virtutum exercitationem ; quod Philosophi quidem vocant *artem insipientis* , attem videlicet inferendi gratiam naturae , & virtutem causis virtutum . Felicem inseritis sylvestri arbori ferculum ; quid inde ? ferculum hic felix malam arborem corrigit , & mutat ; ferculum insensum , atque truncus sylvestris simul suas virtutes commisitentes efficiunt commune bonorum fructum ex utroque nalcntium principium . Ita aliquando inserit Deus gratiam , & supernaturalia principia virtutum naturalibus ingenio , quae ultra in vitium ruunt , atque haec artem pravam eorum fecunditatem corrigit , eaque attollit ad ferendos gloriae dignos fructus , quemadmodum videmus in poenitentis Magdalenae , conversae Pauli naturae .

Vix credi potest , quantum natura , ingenium , ac temperamentum in virtute prevaleant , & dominantur ; hinc fit quod non ita facile natura a virtute distinguatur , quae illi conformis est , & ut plurimum utraque simul confunditur . Non desunt enim virtutes quaedam , quae adeo naturalem habent cum peculiari quorundam hominum indole similitudinem , ut omnes fere mortales specie facta sanctitatis decipiuntur , atque naturam , ingeniumque pro virtute desumant . Quomobrem opus est diligenter excutere qua mente actiones singulae fiant : sed magna quoque prudentia est , ac via fimo multo labore virtutum acquirendis , vacare earum exercitationi virtutum , quae sunt naturae nostrae conformes ; etenim hoc pacto minori cum difficultate exercentur ; facilius a voto cedit , quidquid faciendum suscipitur , constantius in bonis operibus perseveratur , habitus nullo labore contrahitur . Hoc spirituales vitae magistri nos docent ; & hoc praecipuum est axioma , quod exercent in directione animarum , quae eo-

Ingenii species est .

Quilibet natura suos habet defectus , & perfectiones .

Gratiam naturae insipientis est .

Duo utilissima mota circa adiones , quae a nobis a natura simplici sunt .

rum curae sunt commendatae .

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aestheticis , nuperisque Concionatoribus loci hujus argumenti .

Haec omnis ingeniorum varietas , quae inter homines invenitur , non secus ac ingens haec rerum creaturarum diversitas , quibus totus terrarum orbis repletur , ab universonum Creatore producte nequaquam fuerunt , nisi ut per has infinitae ejusdem perfectiones cognoscerentur , atque ut variis modis ab hominibus ipsi servitus , cultusque adhiberetur . Et profecto quis non admiratur tantam ingeniorum , spirituum , talentorum varietatem ? Quis non videt Nationes , atque Provincias magis ex variis suorum temperamentis , quam ex climate , situque distingui , atque dignosci ? familias quaedam habere naturam , ita sibi propriam , certamque , ut hereditates suas , suaque decora , immo etiam motuum singulos potius ex ingenii sui caractere , quam ex vultus sui lineamentis posse cognosci ? Profecto nihil est hoc miraculo admirabilius , verum si paulisper particulare aeternae bonae Sapientiae consilium considerare velimus , videbimus , quemadmodum ipsa quam divinarum perfectionum speciem praesertim , cum nulla earum omnes valet exhibere , ita omnibus hominibus tribuit ingenia omnia fere diversa ; ab illis enim varia explicit officia , atque exigit , ut unusquisque pro viribus , ingenio , modolouge suo illum colat , ejusque gloriam procuret Veneremur hac in re divinae Providentiae consilium , eo quod voluerit nos hac natura , his qualitatibus , hoc ingenio praeditos nasci ; quia talia a nobis praestabatur officia , & quia vult , a nobis Deum hac ratione glorificari . Mandatis illius acquiescamus ; & qui , bonique faciamus hujus naturae munus , quocumque sit , quae ad manu ejusdem proficiuntur ; profiteamur nos illam , omniaque ejus studia ad majorem ipsius gloriam , atque servitum traducturos ; cogitemus non ideo solum nobis fuisse traditam , ut tales essemus homines in terris , sed etiam ut tales essemus Sancti in caelis , non desse gratias profus peculiares , quibus illa periciatur , quas nobis tantum reservat , & quas nunquam aliis impertiet , ipsum deinde nobis coronam preparare , quae pro nobis tantum facta est , nobisque , si hac ubi fuerimus natura secundum ea , quae de nobis habet consistilia , eum gloriam destinare gradum , qui ita nostram decet naturam , ut nostrae tantum personae sit proprius .

Ex Sermone 21. de Ordine P. Hainneuve , ubi hoc Argumentum sibi pertinet .
Divinae Potentiae vestigia quaedam reperimus in sublimibus , ac generosis ingenio , quae ad magna tantum contendunt , & quae nihil nisi summis laudibus celebrandum possunt efficiere . Bonitatis ejusdem lineamenta quaedam deprehendimus in officiosis , ac liberalibus naturis , quibus nihil antiquius est , quam aliis gratificari . Sapientiae intuemur indicia in ingenio prudentibus , atque consultivis , quae ita negotia dirigere norunt , ut ipsi , quinam illorum futurus sit exitus , praenoscere videantur . Justitiae ejusdem quaedam videmus vestigia in rectis , & aequis ingenio , quae rebus in omnibus se aequos iudices praebent , quin veli utitas , vel favor in neutram partem eadem impellat , & quae nec minimum quemlibet defectum sui condonant . Denique nulla natura est adeo parum Dei munere cumulata , quae non deferat semper signa quaedam infinitae ejus naturae , quae ideo haec illis impellit , ut possent aliqua pulchritudinis lux gerere lineamenta . Licet enim hujusmodi infelices naturae non deserant aperitissimos divinitatis characteres , atamen quaedam velut umbrae sunt , quibus aliae magis commendantur . Idem .

Industrius homo , qui alicujus amorem sibi conciliare studet , atque in ejus amicitiam sibi aditum aperire , in id potissimum incumbit , ut naturam ejus scrutetur , ingenium , ac studia deprehendat , ut in cor ejus vitam sibi pandat , quod illac semper maxime pater , ceteris vero ex partibus clausum ingenium est . Hoc est , ut ajunt , illum ex infirmiori parte agere . Hoc est , ut ajunt , illum ex infirmiori parte agere . Hoc est , ut ajunt , illum ex infirmiori parte agere . Hoc est , ut ajunt , illum ex infirmiori parte agere .

Ad hominem non committitur ingenium , ac studia deprehendat , ut in cor ejus vitam sibi pandat , quod illac semper maxime pater , ceteris vero ex partibus clausum ingenium est . Hoc est , ut ajunt , illum ex infirmiori parte agere . Hoc est , ut ajunt , illum ex infirmiori parte agere . Hoc est , ut ajunt , illum ex infirmiori parte agere . Hoc est , ut ajunt , illum ex infirmiori parte agere .

Deus divinos suos perfectiores ostendit in humanorum ingenio varietate .

Eiusdem argumenti .

Ad hominem non committitur ingenium , ac studia deprehendat , ut in cor ejus vitam sibi pandat , quod illac semper maxime pater , ceteris vero ex partibus clausum ingenium est . Hoc est , ut ajunt , illum ex infirmiori parte agere . Hoc est , ut ajunt , illum ex infirmiori parte agere .